

**Rector Academiae Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor Ad
exequias Quas ... vir, Jacobus Carmon Reipublicae apud nos urbicae civis
primarius, Filio suo ... Carolo, Ad hodiernnm diem hora 12. in templo Mariano
parare cupit Omnes omnium ordinum Cives Academicos peremanter & officiose
invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747406189>

Druck Freier  Zugang



Wasmundt, P. ,

in (J.) Carmon.

C.

R. 1631.

46



RECTOR
Academiae Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor

Ad exequias

Quas

Ornatissimus & Spectatissimus vir,

JACOBUS CARMON
Reipublicæ apud nos urbicæ civis
primarius,

Filio suo suavissimo, præclaræ indolis & Spei
adolescentulo,

CAROLO,

Ad hodiernum diem hora 12. in tem-
plo Mariano parare cupit,



ordinum Cives Academicos peramanter
& officiosè invitatur.

27.12.6

ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
Anno M. DC. XXXI.

46.

Я
А
БЕТЕНДА
ЛЕНДА

ЛАКОРД ГАРМОН

Коллекция французской

бумаги

КАРОД

АЛАН дикород в гал.

Советский Союз





RECTOR
Academiae Rostochiensis
P E T R U S W A S M U N D T
J. U. D. & Professor.

Qui erum habili hoc tempore è cœtu viventium emigrant, & felici defunctorum consortio adscripti terrena hac infra se despiciunt, de horum obitu, latarinc equius sit, an tristari, non immerito aliquis ambigat. Certè cum oculos mentemq; excitamus, ad considerationem tot calamitatum & miseriuarum, in quibus ita fluctuamus, velut minuta magno depensa navis in mari, vesaniente vento: cum animo nostro obversatur metus malorum etiam graviorum, quorum neq; modum neq; finem prævidemus, hanc immetitò estimabimus felicem non lacrymis aut gemitu sed pia congratulatione prosequendam eorum sortem, qui illuc delati sunt, ubi nec calamitatem præsentem persentiscent, neq; futuram timere opus habent. Ex adverso quando experimur divelli à nobis eos, qui peccatori nostro charissimi erant, à

A 2

quo-

quorum anima nostra pendebat anima, non possumus esse tam obdurata mente, ut non flectamur ad mœstiudinem, ad lachrymas. Et justum dolorem. Tristissimum esse solet tale divertium, quod aequo animo ferre pauci admodum didicerunt. Attamen mens Christiana inter medios dolores modum aliquem penit luctui; dum considerat apud se, eos, qui ex hac vita beatè discesserunt, aeterna. Et inef fabili felicitate, quiete, gaudioq; frui. Hac dulci consolatione etiam suam tristitiam temperabant parentes mestissimi ejus adolescentuli, cui jam suha facere conamur. Est ille Carolus Carmonius, puer, dum vivet, præclara indolis. Et magna speci, quem unum octiduum. Et vivum ac benevalentem vidi, Et item mortuum. Natus est hic Carolus Carmonius Anno 1621. Kalendis Septembris, Patre viro spectatissimo. Et ornatissimo Jacobo Carmonio civi mercatore hujus Republicæ integerrimo. Et primario: matre Margareta Sibethen matrona honestissima, matrimonialium virtutum decore conspicua, Et maximè pia. Avo paterno Walthero Carmon civi quondam, Deidonensi; avia Isabella Ramsay: avo materno Henrico Sibethen; avia Catharina Boddekers. Postquam Carolus noster per sacram baptismatis fontem Salvatori Christo insertus ad:

ad eos atatis annos pervenisset, quibus pueri in
bonis literis erudiri incipiunt, ipse non solum
fundamenta pietatis optima jecit, dum Cate-
chesin Luthert, Psalmos Davidicos, plurima
Scriptura dicta utroque idiomate, Latino &
Germanico, memoria infixa haberet; sed etiam
in lingua Latina eos fererat progressus, ut par-
tim scribendo, partim loquendo, congrue pracla-
ram de se & vivo ingenio spem ficeret pra-
ceptoribus, parentibus ac cognatis suis. Neq; du-
bium est quin si vitam ei prorogasset divina pro-
videntia, aliquando potuisset Ecclesia aut Reipu-
blicæ emolumento bonoriq; esse. Paratus etiam erat
in promotione Magistrorum nuper instituta Sol-
lennes preces Carmine Heroico conceptas publicè
recitare: sed non ita visum erat supremo illi o-
mnium rerum arbitro, è cuius manu vita ac mors
hominum, sanitas ac morbi dependent. Ejus vo-
luntate factum quod Carolus noster ante paucu-
los dies inciderit in periculosa illam luem dysen-
tericam, qua jam satis populariter graxatur. Quan-
quam vero Clarissimi & experientissimi medici
D. Petrus Laurembergius defuncti affinis &
D. Joachimus Stocmannns ambo professores pub-
lici & practici eximij nulli parcerent vel labori,
vel cura, vel studio in adhibendis salutaribus me-

A 3.

dica-

dicamentis; tamen morbi vehementia major fuit,
quam ut expugnari se pateretur. Itaq; dejectis pro-
stratisq; viribus omnibus praterita die Saturni pau-
lo ante meridiem inter lachrymas & gemitus pa-
rentum & cognatorum Carolus Carmonius pla-
cida, pia, ast prematura, morte obdormivit. Non
vero est cur defundi parentes honestissimi de hoc
suo filio lugeant, transit enim in caleste illud do-
micilium, ubi, ut Bernardus ait, recedet à memo-
ria timor, à voluntate dolor, succedit mira sereni-
tas, plena sua vitas, aeterna securitas. Demittant igi-
tur sese in foceas Agyptij, quando morte privan-
tur amicis: amputent alij nasum, aures, aut similia
membra; quo gratificantur defunctis: comburan-
tur cum maritis demortuis uxores Indie: novimus
nos optimè agi cum iis qui brevi tempore, sed bene
vixerunt, citò, sed bene mortui sunt; siquidem non
laudatur is, qui diu cythara lusit, qui diu causas e-
git, qui diu Reipublica prafuit: sed is, qui bene lusit,
qui bene egit, bene prafuit: novim⁹ nō perisse qui no-
bis chari fuerunt, sed eandem viā, quam ingredi o-
mnes coguntur, prævisse; nosq; paulo post in idem cū
ipsis venturos diverjorum: novimus deniq; Christia-
norum mortem, non tam esse corporis animaq;
dissolutionem, quam ex miseriis exitum, & ad felici-
tatem aeternam introitum.

Quam-

Quamvis autem funera juvēnum
prīscis adeo funesta visa fuerint, ut ea
ante solis ortum efferenda duxerint,
ne sol tanti mali spēctator esset; tamen
nos Christiani, exorto sole justitiæ, a-
nimas juvēnum vita functorum in pa-
radiso cælesti radiare cum scim⁹, media
luce exuvias etiam hujus adolescentis
matri terræ mandare Christianum &
pium ducimus, & exequiale sacrum,
quod Christiana pietas & condolentia
postulant, lubentes exsolvimus. In quo
pío affectu cum Academiæ cives nobis-
cum conspirare confidamus, ideo eos-
dem rogamus, monemus, ut quod sibi
post mortem dependi expetunt, id
proximo prius præstent, & ad coho-
nestationem funereæ deductionis ho-
diè hora duodecima in templo Maria-
no frequentes compareant, caducita-
tis

tis mēmoriām recolant, seq; ad beatam ex hac miseriārum valle ad ævi-
terna gaudia migrationem præparent.
P. P. Rostochij Sub sigillo Rectora-
tus nostri XXII. August. Anno
M. DC. XXXI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747406189/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747406189/phys_0016)



ad eos atque annos pervenisset; quod
bonis literis erudiri incipiunt, ipsa
fundamenta pietatis optima jecit
ches in Luthert, Psalmos Davidicis
Scriptura dicta utroque idiomate
Germanico, memoria infixa haberet
in lingua Latina eos fererat progra-
tim scribendo, partim loquendo, et
ram de se. Et vivido suo ingenio sp-
ectoribus, parentibus ac cognatis su-
biuum est quin si vitam ei prorogas-
tientia, aliquando potuisse Eccle-
siae emolumento honoriq; esse. Para-
in promotione Magistrorum nup-
lennes preces Carmine Heroico co-
recitare: sed non ita visum erat s-
mnium rerum arbitrio, è cuius man-
bominum, sanitas ac morbi depende-
luntate factum quod Carolus nost-
ros dies inciderit in pericolosam illa-
tericam, que jam satis populariter gr-
quam vero Clarissimi Et experien-
D. Petrus Laurembergius defun-
D. Joachimus Stocmanns ambo p-
lici Et practici eximij nulli parceret
vel cura, vel studio in adhibendis sa-

A 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.